



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

Puente, Luis de la

Coloniae, Anno M.DC.XII.

Med. 17. De Omnipotentia Dei in mundi creatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

MEDITATIO XVII.
DE OMNIPOTENTIA DEI
 in creatione mundi, & de magni-
 tudine huius bene-
 ficij.

PUNCTVM I.



RIMò considerandus est
 principalis articulus no-
 stræ fidei, quo confitemur,
 quod Deus Dominus nostre
 potentia sua infinita, à
 principio creauit cælum &
 terram, b mare, & omnia

S. Thom. 1.
 p. q. 44.

a Gen. 1. 1.

b Psal. 145. 6

b Apoc. 14. 7

c Colof. 1. 16

d Ioan. 1. 3.

qua in eis sunt c visibilia & inuisibilia, ita venul-
 la sit res, siue magna siue parua, quæ non ha-
 buerit originem & initium suum à Deo, iuxta
 illud S. Ioan. de verbo diuino; d omnia per ip-
 sum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod
 factum est; ac propterea & ego sum factus
 Dei, & ab eo accepi Esse, quod habeo.

I.

IN hoc articulo est primò perpenden-
 dum, quod omnia quæcunque sunt extra Deum, ha-
 buerint principium, & re ipsa inceperint esse,
 cum antea non essent. quare, ante creationem
 mundi, quam refert scriptura, nihil profu-
 erat extra Deum, sed Deus solus erat, à quo
 res ceteræ omnes acceperunt esse, quod habent
 ac pro-

ac propterea si ego me intuear in mea origine, sum verè nihil, non solùm quoad animam sed etiam quoad corpus. nam id, ex quo sum cõditus, aliquando verè fuit nihil. Ex quo excitabor ad infinitas Deo gratias reddèdas, qui sua Omnipotentia eduxerit me ex abyfso nihili; iaciamque fundamentum in profunda hac humilitate, dicens cum Apostolo: *e O al- titudo sapientia & Omnipotentia Dei: quis prior dedit illi, & retribuetur ei, ipse enim est primus, qui omnibus dedit quod habet; & cui omnes gratias agere tenentur, propter ea quæ possident, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia; ipsi gloria in secula. Amen,*

e Rom. 11. 33

II.

DEINDE perpendendum, quod Deus Dominus noster, liberè & ex mera atque gratuita sua voluntate res omnes creauerit, nemine illum cogente: nam non coegerunt ad id faciendum merita creaturarum, quia nullæ erant; nec coegit necessitas aut aliquod emolumentum, quia sine suis creaturis & beatus erat, & nulla earum indigebat; nec bonitas creaturarum, quæ est valdè limitata, & neminè cogit ad ipsam amandam, quantò minùs coget Deum? quare à sola sua bonitate & misericordia motus, *f vniuersa propter semetipsum creauit, & operatus est Dominus: Lauda & glorifica, anima mea, tuum Creatorem propter adeò supremum beneficium, quod tibi contulit; educens tot res, & te cum illis ex abyfso nihili, vt hoc tibi daret Esse, quod habes: &*

f Prover. 16. 4.

VI. Part. Med.

o quan-

quandoquidem & illas, & te libera sua voluntate creauit, quia erat bonus; expende totum tuum esse, & quidquid habes, vt spontè & libenter illi seruias, propterea quòd ipse bonus sit, tequè nullis tuis meritis creauerit.

III.

TERTIÒ perpendendum, quod Deus Dominus noster in hoc creationis opere, nullum aliud habuerit exemplar, quàm se ipsum: ipse itaque solus fuit causa efficiens, quæ res omnes condidit; & vltimus finis, propter quem eas fecit; & exemplar siue Idæa, ad quam respexit dum illas conderet; quia peruidens infinita sua sapiëntia res omnes, quas facere poterat, & earum dispositionem & ordinem, elegit libera sua voluntate ordinem hunc creaturarum, quæ sunt in vniuerso; & Omnipotètia sua iterum est executus. & quod hinc efficitur, sicut tunc, relictis infinitis creaturis in abyfso nihili, elegit eas quas creauit; ita, relictis infinitis animabus etiam in abyfso nihili, elegit inter alias quas creauit. etiam meam, quam tempore suo crearet. Quamobrem infinitas illi debeo gratias, memor illius, quod ipse dixit

g *Iob. 33. 21.*

Iob, g sciebas ne, quando ego mundum creabam, quod nasciturus esses? & numerum dierum tuorum noueras? quasi diceret, tu id scire non poteras; sed ego sciebam, & ex bonitate mea id facere decreui. O Deus sapientissime & potentissime, quid in anima mea vidisti, vt eam potius creares, quàm innumeras, quas in abyfso nihili reliquisti? O finis vltime omnium creaturarum, cur hanc miseram creasti potius, quàm

multas

multas alias, quæ melius quàm ego te glorificassent? O exemplar rerum omnium, quæ creari possunt; cur potius me creare voluisti, quàm alios multò meliores, quorum, etiam exemplar! nulla huius rei causa est, Deus meus, nisi mera tua & sancta voluntas, secundum quam me creauit tua Omnipotentia; deditque Esse quod habeo. Et quâdo quidem ad eò liberalem te erga me exhibuisti, seruiam ego tibi semper, quia ita tu vis. Tu eris meus vltimus finis in omnibus rebus meis, quia tu ita iubes; & aspiciam te tanquam exemplar & delineationem; cui vitam meam conformem, quia ita tu statuisti. voluntas tua Domine erit semper mea; siquidem à tua prouenit meum Esse, & quidquid ego habeo.

PUNCTVM II.

DEINDE considerandæ sunt res illæ, in quibus Dei Omnipotentia relucet in hoc opere Creationis Vniuersi, quas ad tres quatuorve magis præcipuas reuocabimus.

*S. Thom. 1.
p. 9. 45.*

I.

PRIMA res, in qua hæc Dei Omnipotentia resplendet est, quod non opus habuerit vlla materia, ad fabricandum hunc mundum, sicut Angeli & homines indigent pro suis fabricis & operibus artificialibus: sed ex nihilo fecit præcipuas partes vniuersi, dans illis totum & integrum Esse; nulla eorum parte præcedente, & sic creauit cælum, & terram;

o z

& sub-

& substantias spirituales, quales sunt Angeli & animæ nostræ; quæ nõ possunt fieri nisi ex nihilo; vt sic agnoscam omnimodam obligationem, qua tenentur DEO Domino nostro seruire, cum omnibus, quæ sunt, & habent; & pro omnibus gratias agere, nihil sibi arrogantes. O Creator Omnipotens, rectum omninõ est, vt anima mea, quam ex nihilo eduxisti, tota & fideliter tibi seruiat. Aequum est, vt te diligam ex toto corde meo, ex tota mente, & ex tota virtute: siquidem tu id

a 1. Cor. 4.7

totum mihi dedisti, vt toto te amarem. *a Quid habes anima mea, quod non acceperis?* quod si totum à Deo accepisti, ob totum, da gloriam Deo; & si ex te nihil habes, ne glorieris, nisi in tuo

||

b Rom. 4.17

te, quæ nihil potes; sed in Deo, qui omnia potest; b *qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*, educens ea ex nihilo, vt Esse habeant & facultatem ad illi seruiendum, & in secula glorificandum.

II.

SECUNDVM, in quo DEI Omnipotentia relucet, est, quod fecerit res alias ex alijs, sicut ipse voluit. nam etsi potuisset ex nihilo facere omnia viuientia, voluit tamen suam potentiam ostendere, faciendo ex aqua pisces & aues; & ex terra plantas & animantia; vt intelligatur habere plenum dominium, & potestatem suarum creaturarum, quas & mutare potest, & has in illas pro libitu commutare; vt ex hoc discam ego, eius dominio me subiicere, & gaudere quod habeam tam

potentem

potentem Dominum, cuius voluntati res omnes subijciuntur.

III.

TERTIUM, in quo eadem Omnipotentia emicat, est, quod hoc opus creationis vniuersi, fecerit solus, nullum habens adiutorem; c ego *c Isa. 45. 7.*
 (inquit) Dominus faciens omnia hæc, ego dextendi *d Job. 9. 8.*
 cælos solus, c ego feci terram, c manus *S. Thom. 1.*
 mea tetenderunt cælos, & nullus alius mecum. Et quamuis postquam Angelos creauisset, potuisset eorum opera vti ad res aliquas corporeas faciendas, nullum tamen adhibuit, sed solus totum hoc primum opus peregit: *P. 9. 65. 4. 5.*
 (iuxta illud Isa. e quis adiuuit spiritũ Domini?) *c Isa. 40. 13.*
 vt homines, propter quos illud faciebat, ipsi soli subiectos nos esse agnosceremus, solum adoraremus, & soli seruiremus tanquam Creatori & rerum omnium effectori, dantes ei propter omnia gloriam, sicut seniores illi Apocalypsis dicebant: f Dignus es Domine *f Apoc. 4. 11*
 Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & perseuerarunt, sicut per eandem creata fuerunt,

IV.

QUARTUM, in quo resplendet eadem Omnipotentia Dei, est facilitas, qua res omnes fecit, solum quia voluit, & dixit, aut iussit; quia omnia sine vlla resistantia aut motu illi obtemperarunt. eodem enim momento, quo dixit vt fierent, facta erant: dixit Deus, *g Gen. 1. 3.*
 fiat lux, & in momento facta est lux; & Dauid ait, h quia ipse dixit, & facta sunt: ipse *h Psal. 148. 5*
 mandauit & creata sunt. Ex quo ex parte vna

agnoscam cum magno stupore Omnipotentiam DEI; cuius efficaci voluntati nullus potest resistere; ex altera verò firmum faciendam animi decretum, obediendi DEO, absque vlla contradictione, mora, aut tergiversatione in omnibus quæ mihi mandauerit, ex obedientia prompta, ad nutum, in momento, & exactissima. Cur te non subicis, anima mea, imperio & mandato tantopotentis DEI! cur sola resistis ei, cui omnia obtemperant: ipse dedit tibi libertatem volendi & nolendi; renuncia ei parti, quam habes ad resistendum, & utere semper illa, quam habes ad parendum. O DEVS Omnipotens, ita efficaciter, quæso, mihi impera quod vis; vt nunquam ei contradicam, quod iusseris,

PUNCTVM III.

S. Thom. 1.
p. 274.

Gen. 1. 31.

TERTIÒ consideranda est ratio & modus, quem DEVS Omnipotentia in rerum creatione adhibuit, illas paulatim orans atque perficiens. nam, etsi potuisset in momento, cum omni perfectione eas creare, id tamen non fecit, sed paulatim spatio sex dierum, ob aliquos fines, in vtilitatem nostram directos,

I.

PRIMVS finis fuit, vt melius ac distinctius sapientiæ diuinæ dispositionem, in mundi creatione intelligeremus; ac disceremus eam Meditari, non simul & confuse, sed paulatim

& per

& per partes, & gratias conditori & benefactori nostro agentes, ob noua beneficia, quæ in nos quotidie conferebat.

SECUNDVS fuit finis, vt melius intelligeremus, quanta esset necessitas rerum quas creabatur; attendentes in primo die, quam essent necessariae res, quas creauit in secundo; & in hoc, quas creauit in tertio: & ita excitaremur ad maiorem amorem & gratitudinem, propter vnumquodque horum beneficiorum.

II.

TERTIVS denique finis fuit, vt in hoc primo ipsius opere, creatione scilicet aduerteremus, quod idem Deus Dominus noster, eundem stylium & ordinem seruet in opere nostræ sanctificationis & perfectionis, quam communicat, non totam simul aut semel, sed per suas partes & gradus; primum per vnum gradum, deinde per alterum, per totum scilicet decursum sex dierum, qui nobis significant spacium totius vitæ nostræ, vsque ad sabbatum æternæ quietis, in quo opus est iam perfectum & fruimur præmio laboris. Hoc totum sigillatim in subiectis Meditationibus perpendemus.

III.

